



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO.  
Institutionum Anatomicarum XII.

De  
C O L L O.


Quam  
D. O. M. A.  
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHII,  
Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witbergenſium Academia  
defendendam ſuſcipiet*

Iohannes Knobloch Ba-  
benhuſanus Hanovius.

*Ad diem 6 Nov. horis & loco notis.*



WVITEBERGAE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.  
Anno c13 Is CVII.

*Nobilissimo, ampliss: & consultiss: Viro*  
Generis dignitate, prudentiâ, autoritate  
præstantissimo:

**Dn. BALTHASARO Prectern**  
**ILLVSTRI COMITI AB Hanaw / Licht-**  
**tenberg/ &c. à Consilij. & Præfeco Babenhu-**  
**sano fidelissimo.**

*Nec non*

*Reverendo & Clarissimo Viro*  
**Dn. IOHANNI Engels/ COMITATUS**  
**Babenhufani Superintendenti ut vigilantissimo**  
**sic & fidelissimo:**

*Item:*

*Præstantissimo, doctrinâ & multiplici*  
*rerum, usuperitissimo Viro:*

**Dn. GEORGIO MARCELLO:**  
**Illustri Comiti ab Hanaw / Lichtenberg/**  
**&c. à secretis.**

*Fautoribus & Promotoribus Exercitium hoc*  
*Anthropologicum dicat,*  
*dedicat*

*Respondens.*



Συν Θεω ἀνωμέδη



ACTENVS de medij ventris re-  
gione, quæ partes facultati vitali de-  
titinatas continet, egimus, ordinis  
ratio nunc exigit, ut de collo quod  
capitis fulcrum est, & quo caput cum  
corporis trunco conjungitur.

Col-  
lum Græci *τραχύλον καὶ ἀγκύνα* vocarunt, Latini col-  
lum à colendo, quod pars hæc monilibus & tor-  
quibus ornetur. Dividitur in partem antero-  
rem, quæ Græcis *λαιμός* & *δειρή* dicitur; Latinis Gut-  
tur vel jugulus: posteriorem, quæ Græcis *ἀγκύη*, la-  
tinis cervix est, & laterales partes, quæ sub auri-  
bus oriuntur, *παροτιδες*. 2. Colli partes aliæ sunt  
continentes, & hæc vel communes vel propriæ, de  
communibus superius actum fuit, de proprijs  
*σηζήσεις* agendum erit, utpote de musculis: aliæ  
contentæ, ut sunt venæ jugulares, arteriæ, caroti-  
des, nervi sexti paris recurrentes, aspera arteria &  
œsophagus,

### CAP: I.

Musculos colli quod attinet, horum duo sunt genera:  
1. *flectentes*. 2. *extendentes* (Vesal. primum par dorsi: Columbo  
primum

A 2

primum par cervicis) spectentium 4. sunt: duo longi sub œsophago è superioribus thoracis vertebris producti, qui carneo & acuto principio primæ cervicis vertebræ, & aliquando ossi petroso inseruntur: 2. duo Scaleni. (secundum par cervicis Columbo, Vesal: secundum par dorsi: Fall. thoracis octavus.) qui à prima costâ & jugulo carnosâ, & lato principio exoriuntur, & in transversas ferè omnes vertebrarum cervicis inseruntur. Usus horum est, caput in latus vertere, quando unus solus agit: Si verò cum opposito, tunc caput antrosum cum cervice inclinât.

Extendentium sunt duo transversî (tertium par cervicis Columbo. 3. dorsi Vesal.) qui à processibus vertebrarum posteriorum prognati in transversas omnes cervicis vertebras feruntur; 2. duo spinali inter spinas sitî (quartum par cervicis Columbo: dorsum moventium septimus seu quarti paris alter Vesal) qui à radicibus spinarum thoracis prodeuntes, in spinas cervicis feruntur. Horum unus si solus agit, obliquè movet collum, si cum socio tum collum ad posteriora trahendo extendit, ut Columbo. l. 5. c. 18. docet.

## CAP. II.

### DE ASPERA ARTERIA.

Aspera arteria (quæ nobis ἐξοχτὴ tantum Philosopho, latinis guttur, Græcis ob asperitatem & duritiem τραχεία appellatur) est primaria colli pars fistulæ longæ instar à faucibus ad pulmones descendens, ex cartilaginibus, membranis, arteriolis, nervis ac venis ad inspirationem & expirationem constructa.

1. Substantia aspera arteriæ varia est & inæqualis: Constat enim i. cartilaginibus annuli figuram ferè referentibus, non tamen integrum circulum perferentibus, unde & τρυπίδεις dicuntur, quod membranis terminentur, ne ab arteriæ duritiæ molliis œso-

lis œsophagus laderetur, & ut cedere possit, cum ab hominibus, præsertim agrestibus, & illiberalibus, dura, aspera, nec bene masticata, deglutiuntur, quò melius illa degluti possint. Magis autem cartilagineam eam esse oportuit, propter vocem, quem per eam tanquam instrumentum editur: Cum enim vox nihil sit aliud, quam sonus quidam, rectè provida natura cartilagineam arterie substantiam esse voluit, ad quam aer illi datur, & si ex concussione duorum corporum solidorum sonus excitetur: Si enim ex carnea constaret materia, nullus fieret sonus, cum duo corpora mollia concussa sonum nullum edere queant. Si enim lana lanam percusseris, nullus exaudietur sonus. Ossea verò non debuit esse substantia propter inspirationem & expirationem, ut ad hanc dilatari ad illam contrahi possit.

2. Ad hanc autem operationem promovendam membranam quandam continet, quæ in caudice arterie crassa est, & valida, ut cibo per stomachum descendenti cedere possit trachæa arteria, ramis verò pulmonibus insertis tenuis est, ut cartilagineum frustra in pulmonum substantia copulet & conectat Gal. 7. usu part. 3.

3. Ne verò ab humorum à cerebro descendentium acrimonia, vel arteria laderetur, vel etiam per eandem acris ille humor, ad pulmones deferretur, succingitur foris communi membrana crassiore (extra pulmones, scilicet in ijs verò tenuis est, ne transitum aeris impediatur) quæ humores ad cartilagineas defluentes ab illis arceat, & cum acutissimi sit sensus, pulmones ad excretionem noxior humor subito sollicitet, Gal. 7. usu part. 7. Bauh. lib. 2.

4. In lateribus 1. apparent venæ insignes, jugulares dictæ, internæ & externæ.

5. Asperam arteriam anatomici melioris cognitionis ergò dividunt in caput, qua parte fauces attingit, & sub mento eminet, & laryngem nominant, & in corpus ipsum, quod Beryx & am' l'è Bèégréadzy, quod à potu irrigetur, nominatur & in collo caudicis

rationem obtinet Gal. 7. adm. anat. 5: Ad laryngis constitutionem tria concurrunt cartilaginee tres, musculi, & operculum.

6. Cartilaginum, quae ita connectuntur, ut earum operatio dilatari & constringi, claudi & aperiri facile possit, prima anterior, quae maxima & latissima est, foris gibba, intus cava, scuto non absimilis, quod non undique rotundum, sed praelongum est unde & *ὑποειδής* dicitur: haec ad efficiendam cavitatem ad glottida servandum, & musculos suscipiendos confert.

7. Secunda prae *ἄνω* fuit, recentioribus vero *ὑποειδής* annularis dicitur, quod pars hujus anterior primae cartilagini substrata orbicularis & angusta sit, posterior vero latior sit & totius laryngis basis existat. Haec quantum minor est prima, tanto major est tertia, & perfectum absolvit circulum ea parte, quae oesophagus est, nec propterea deglutitio impeditur: mutatur n. partium earum situs, larynx enim sursum recurrit ad fauces, oesophogus autem deorsum trahitur.

8. Tertia *ὑπερῶ* dicitur, à figura vasis similitudine, quod *ἀπὸ τῶν* appellant, cujus partes membranarum & vinculo-  
lorum opera connectuntur, & simul junctae eam efformant rimam, quae voci modulandae accommodata est, & proprie *γλωττις* dicitur. Harum cartilaginum duae tantum moventur ad modulationem vocis, *ὑποειδής* vero manet immobilis.

9. *Ἰνδρώσιδα* vero ad vocis articulationem facere ex peculiari ipsius substantia patet: cartilaginea enim est ex parte, ne flatuum impetu rumpatur, partim membranosa ut in motu facile abducatur, reeducatur, partim muscosa, ut dilatari & comprimari possit, unctuosus denique est & pinguis, ne exsiccationi sit obnoxia.

10. Huic incumbit aliud corpus cartilagineum & duriusculum, quod Graecis *Ἰνδρώσιδα*. Hippocrat. *κλήθρον* vocat, Latini laryngis operculum nominant, quia linguae incumbit, quae  
parte



parte laryngem spectat concavum, altera convexum, ampla basi ab interiore scutiiformis parte, cui firmiter adheret, procedit: mox sursum sese efferens, latius redditur, & rursum angustum in cuspide in gulam versus desinit.

11. Hæc duritie sua prohibet, ne fistula claudatur, & metum suffocationis tollit: Cartilagineum est, ut deprimi celerrime possit, cum cibi & potus in ventriculum illabuntur, & ad aëris inspirationem erigi possit, carnosæ quidem & membrinosæ facillè concidunt, non verò statim eriguntur: ossa autem erecta manent nec facillè deprimuntur.

12. Quia verò larynx actionem suam perficere non potest, nisi & dilatetur & contrahatur, varijs musculus à pia matre natura prædita est, quorum beneficio ad actiones suas obeundas apta redditur.

13. Horum alij sunt communes, alij proprij. Communium duo sunt paria bronchi dicti, quia per latera arteriæ asperæ feruntur. 1. par à superiori & interiori sterni parte oritur, & in scutiiformis interiorem partem immittitur, quam deorsum trahit. 2. Par inferius, huic oppositum à pectoris osse ad os juguli tendens in eadem scutiiformis latera ad finem prædictorum musculorum inseritur, quæ sursum trahit, & tum superiores laryngis partes constringit, inferiores dilatat.

14. Musculorum propriorum 10. sunt, in quorvis latere quinque, valde tamen exigui: 1. Par ab innominatæ cartilaginis interiori parte ad posteriorem thyroidis basin producitur, quæ constringens superiorem laryngis partem dilatat. 2. à posteriore ejusdem parte ortum in partem inferiorrem desinit, & glottida aperit. 3. ab ejusdem lateribus ad aritenoidis internam partem fertur, & posticas glottidis partes dilatat, anticas constringit. 4. Ab interiore thyroide lateribus aritenoidis inseritur, & contrarium priori actionem perficit. 5. par omnium minimū à media aritenoidide in latera ejusdem immittitur, & equaliter fistulam aperit.

15. Lateri-

15. Lateribus laryngis glandule adhaerent, quarum substantia rara est, & spongiosa & humore suo subditas illas partes irrigant.

16. Corpus ipsum est reliqua substantia arteria ad pulmonem descendens, ubi in duos ramos majores distribuitur, qui in ipsa substantia pulmonis in duos minores ramulos dividuntur & per totum pulmonis corpus disperguntur, &c. Vfus arteriæ est ut cordi, quod perpetuo motu agitur, per pulmones aerem frigidum, quo refocilletur, subministret, & fulginosos illos habitus assiduo motu cordis genitos expellat & educat. 2. & sit vocis instrumentum. 3. ut per hanc ea, quæ à capite delapsa, vel in pulmonibus collecta sunt, rejiciantur, de hac arteria lege Gal. 7. usu part. à cap. 3. ulque ad 9 & 7, 1. adm. an. 1. & 5. Aristot. 1. de hist. 16. 2. ejusd. 1. 53. part. 3. & lib. de resp. 11.

18. Ultimo vocis formationem, quod attinet, hanc sequenti modo explicamus. Efficiens causa vocis animalis sive *περσους*: *λῦξ*, quæ à cerebro originem habet, per nervos in musculos laryngis demittitur: vocantur illi nervi recurrentes, quoniam à 6. pari nervorū cerebri in thoracis cavitatem descendente reflectuntur, & secundum latera asperæ arteriæ sursum iterum ascendunt, musculisq; laryngis innumeris ramulis inseruntur.

19. Cum enim caput musculi semper versus principium nervi moveatur; musculorum autem laryngis omnium capita deorsum vergant, natura ita artificiosè hos nervos fabricata est, ut ab origine sua in thorace utrinque, ad aortam tanquam ad tracheam rotam retorqueantur & revolvantur, dexter circa ramum aortæ in brachium dextrum excurrentem, sinister circa ejusdem truncum ad spinam è corde reflexum, atque inde sursum tendentes, ob id recurrentium nomen sunt adepti. His nervis funiculo interceptis aut planè præcis animal voce privatur, sicuti experiri in anatome virorum licet, vide Figuram appositam, in hac enim exactè horum nervorum positum deprehendes.

Materia

20. *Materia vocis est aer, & à larynge percussus. Organum proximum est rima laryngis, ἡλωτὶς dicta, quæ peculiaribus quibusdam musculis contracta & dilatata, vocis differentias varias gignit.*

21. *Forma est plaga vel ictus aëris ope musculorum intercostalium vehementius allisi ad tracheam & laryngem, & à rima tanquam à pleetro percussi in transitu hujus angustiore qua de causa & arteria corpus ex dura & solida materia factum est.*

22. *Finis vocis est, ut sit alicujus rei nuncia, doloris scilicet aut voluptatis, quam animal percipit.*


23. *Fit ergò vox, quando animal affectu aliquo corporis impulsu motu voluntario, qui est à cerebro, per nervos concitat musculos laryngis, ut aërem vehementiore motu una cum sonu ejiciat. Atque hinc probat Galenus vocem à cerebro oriri, virtute animali inde per nervos ad musculos laryngis derivata: Non autem à corde, ut quidam ex vicinitate hujus cum organis vocis, ratiocinati sunt. Nam deprehensum esse, ait Galenus victimas interdum corde exempto spirasse & clamasse, cum cerebro & ventriculis hujus compressis à Pavia statim animal corripiatur.*

24. *Varia editur vox secundum naturam pro laryngis dilatione & constructione majore vel minore, facta ab ejus musculis, præter naturam vox mutatur vicio aliquo organorum, sive principalium, quæ sunt aspera arteria, & larynx ejusque musculi sive adjuvantium, ut sunt fauces, tonsillæ, palatum, gurgulio, dentes, labra ut in angina, morbo Gallico, scorbuto, &c. de quibus suo loco.*

B

Hæc figu-

Hæc figura multas partes exprimit ad collū  
& ventrem medium attinentes, in  
qua eversum cor, & in dextram  
rejectum est.



- A *Πρυλαρτις.*  
 B *Cartilago ia yngis maxima.*  
 C 1. *Musculi laryngis.*  
 2. *Glandula laryngis.*  
 D *Longus trames arterie constans annulu cartilagineis.*  
 E F *Trunci aspera arterie, in quos caudex ejus ad pulmones finditur.*  
 G *Gula sive Stomachus ad radicem lingue hærens, penè subterq; divergit.*  
 H H *Tonsille sive amygdale in homine, in sue glandule, stomacho & laryngi communes, utrinque assistunt, satis magna linguam & os partesq; subditas madore proluentes.*  
 L O *Nervus sexta conjugationis.*  
 M *Truncus aortæ descendens.*

- N *Ramulus nervi sexta conjugationis debilis.*  
 P *Porta ramus dexter.*  
 Q *Aorta peritio sursum in alam sinistram pertendens.*  
 R *Caudex aortæ ex sinistro cordis specu exortus.*  
 SSSS *Arteria cardites, quæ eadem ἀλφιαγγυαί, nec non ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ*

quibus dicantur, quibus oblesis aut contusis, aut vinculo, vel injectione manus interceptis, homo in sterilitatem nonnunquam castratur, quod permultum materia inde semini suppeditetur, tum cataphora, vertigine, apoplexia & caro suporifero corrumpitur,

T Cor liberum ab involucro suo, & in dextrum latus devolutum, plerumque, vasa oculis subjicit.

V Initium est venae arterialis.

X Arterialis venae in dextrum pulmonem.

XX Eiusdem in sinistram progressio.

ZZ Arteria venosa.

a Surculus nervi sextae conjugationis, qui non revertitur.

b Stripes venae caevae, vinculo astrictus, in quam sanguis confunditur, perque eam ad cor confectus perlabitur.

c } Auricula cordis.  
d }

e f g h Pulmonum lobi sive fibre.

i Diaphragmatis membranaeus circulus.

kk Eiusdem carnea portio lacera & fibrarum staminibus interstincta.

## De Accidentibus

### Asperæ Arteriae.

1. Sita est arteria in anteriori colli sede, & ex faucium humiliori sede per collum ad Pulmones descendit, stomacho ad tertiam thoracis vertebram praeposita, ubi bipartita multis propaginibus in utroque latere per pulmonis substantiam excurrit.

2. Hoc ductu connascitur antequam pulmonum substantiae inseratur, in exortu cum oris succingente tunica in fauces se aperiens,

riens, & foramen narium amplitudinis, à quo aërem haurit, rectà spectans. 2. reliquo luctu ventriculo, cui posterior ipsius sedes membranæ nectitur, reliqua sedes vicinis musculis & vasis tunica communis, quam à partibus vicinis sumit, fibrarum beneficio adheret.

3. Magnitudo ejus in omnibus ferè est inæqualis.

4. Figura ejus ferè ad fistulæ & mucronis figuram accedit, in sæminis & pueris angustior, in viris amplior.

### C A P. III.

#### DE OESOPHAGO.

Ὠισοφάγος Græcis, Latinis gula, Arabibus Meri, Lactantio cibaria fistula, & Stomachus dicitur, est canalis à faucibus ad ventriculum pertingens, per quem cibus, potusque ad ventriculum deferitur.

1. Substantia œsophagi eadem est, quæ ventriculi; constat duabus membranis, vel tunicis proprijs, & una communi, item venis, arterijs & nervis constituitur, Aristotel. 1. de hist. animal. c. 16. Gal. 4. de usu part. c. 9.

2. Membrarum propriarum alia est interior, alia exterior; hæc tota ferè carnosæ & fibris constat circularibus & transversis, quarum beneficio cibus in ventriculû detruditur & ventriculo ingrata & noxia per vomitû ejicit. Illa nervosior est, & crassior totius oris palatig. tunica continua rectos villos obtinens, quibus cibus attrahitur.

3. Hæc duas extrinsecus ambit membrana communis, à ligamentis vertebrarum orta.

4. Complures etiam venas habet œsophagus à vena cava & portæ propagatas, arterias insuper ab aortæ descendens rivis prominentes.

5. Nervos accipit insignes à sexta cerebri conjugatione, qui stomachici dicuntur, post glandulas in medio ipsius ductu,  
pulvi-

pulvinariè instat, obtinet, ut stomachum perenni humore persundant, ad sicci alimenti faciliorem transitum, ac lubricam viam efficiant: Musculos denique habet duos, qui à lateribus scutiformis orti, in mediam illius partem infiguntur, & hi œsophagum omnino amplexantur, & deglutioni inserviunt, ut sit mixta ex naturali & animali actio.

6. *Ufus hujus est cibum & potum, veluti per insundibulum ex ore suscipere, & in ventriculum deferre.* 3. Natural. facul. c. 13. Hipp. de corde.

## De Accidentibus œsophagi

1. *Situs est œsophagus sub aspera arteria, & rectè per spinam deorsum fertur, ad quintam thoracis vertebra, ubi paulò ad dexteram inclinat, ut aorta cedat, mox aetia substratus, obliquè ad levam vergit, propter epar, & ibi Diaphragma permeans in superius ventriculi os terminatur.* 2 *Connectitur ori & ventriculo per corporis continuitatem, arteria aspera dorso, & vicinis partibus membranarum fibrarum, & vasorum interjectu.*

2. *Figura œsophagi rotunda est, propter robur & capacitatem, ne ex diuturniore alimentorum mora respiratio impediretur.* 2. *Oblonga propter distantiam faucium à ventriculo.* 3, *parti superiori, qua in fauces desinit, angustior inferiore, qua ventriculo inseritur, latior tubè instat, ut ad cibum deorsum propellendum sit aptior.* Gal. lib. 7. de usu part. c. 7.

## Quæstiones.

I. *Cur in laborantibus morbo Gallico vox depravatur? Resp. Quia ulcera gurgulionem & glandulosa corpora, prope palatum consumserunt.*

B 3


II. Cur

II. Cur in angina rubet interdum cervix & sternon ?  
*Resp. Sternum rubet, ratione muscoli Bronchij; Cervix verò ratione musculorum œsophagiorum.*

III. Cur quadam animalia colla habent longa, ut Grues & Ciconiæ? *Resp. Quia ejusmodi animalia nutrimenta sua querunt in profundo aquarum.*

IV. Cur pullus decollatus diu movetur: Homo verò statim post decollationem fit immobilis: *Resp. Quia pulli habent nervos strictos, unde spiritus post decollationem diutius in corpore moratur: Homo verò amplos; hinc spiritus citò exhalant, motusq; cessat.*

V. Potestne homo vivere fracta trachea? *Resp. Minimè, quia lesa hac concidit, ut nihil aëris ad pulmones & cor deferri, halitusq; educi possit, hinc suffocatio & strangulatio: idem interdum accidit, dum inter edendum & bibendum loquimur vel ridemus.*



IN DISPUTATIONEM

De Collo Knoblochianam:

Ioannes Knoblochius Babenhusianus Hannovius.

*Αναρχου κληρονόμος*

Hoc benè nunc unà sanabis, nobilis usu  
Vah honos!

**E**T *colli* memorandus honor. cui Palladis arcem  
ceu *colli* superimposuit Natura Creatrix.  
per quod multiplici serie flexuque viarum  
arx petitur divina. suis quoq; follibus ætis  
spira menta trahunt vitalis pabula fortis:  
Quòque ministranti veniunt alimenta Culinx.

*Knoblo-*



*Knoblochi* (seu te, suboles Hannovia, dicam;  
seu T E Phœbejum pectus: qups junxit habena  
nescio quæ Fati: ) colli penetrare recessus  
haut frustra tentas. res est hæc magna profectò  
vestigasse vias, quibus arx patet illa, quibusque  
est iter ad vitæ thalamos, foculumque coquentem.  
Nam si cum reliquâ collum quoque parte laboret,  
Hoc benè nunc unà sanabis, nobilis usu  
factus. at hinc quis Honos? Vah! non-violabilis unquam  
*Knobloch* Is partim viguit, partimque vigebit.

adposuit

Georg. Andr. Fabricius Herz. b.

In DETRACTOREM.

ENtibi, quos Latij Porros cognomine dicunt;  
CNOBLOCHII verò voce Tuiscorefert!  
Quam gratos (præter normam Rationis) odores  
spirat, qui ipsorum, Sudor, ab ore fluit:  
Dis ut uterque putans certamina; sedulus alter  
Discipulus, præstans Doctòr at alter; init.  
Hos, queso, admorveas naso, NASUTULE, porros:  
Sed videt, & videt garrula lingua dapes.  
Ecce etenim porros ut rodit dente maligno  
Morus, & ad stomachum nil facit inde suum.  
Quàm graviter redolent! ut torquet lividus unguis!  
Hæc benè non uti parte videre tuâ.  
Nempè illis veluti communia nomina; sensus  
Sic dant Fata pares atque mihi atque tibi:  
Scindimur aÿt ambo nos in contraria semper  
judicia. odisti, quæ mihi, MOME, placent.

Nam mul-

Nam multum nos fila iuvant bene - olentia porri:  
Cecropio capiunt nos magis ista favo.  
O si tale mihi Guttur Natura dedisset,  
ut scita CNOBLOCHII pingere penna potest.  
Exclamem: Porro studio non deside Porri  
si fuerint culti, ne! melimela vocem.  
Sic modo Leucoreus plures feliciter hortus  
educet, ex animo sepius opto meo.  
INVIDE vade foras, aut partibus utere nostris:  
vel tibi Nasturcl prandia lauta cape.  
Si tibi tam culti moveant fastidia porri;  
pastis de porcis ilice, MOME, vores.

Hieron: Sigfridus  
Lora-Francus.





De offensione spiritus sancti et gentibus. **Et** sic  
sicut et ego per omnia vobis placere  
quod in vobis est. **Et** quod multas et per

**in** **capitulum undecimum**

**Et** iohannes meo teste factus est ego xpi hinc  
ante vos factus est. **Et** per omnia memoria estis  
et sicut habetis vobis per spiritum meum tenetis  
**Et** solo aut vos facit quod omnia vobis caput xpi  
est caput et multas et per caput vobis xpi  
**Et** omnia et per omnia vobis caput  
detur caput sunt. **Et** omnia et multas omnia et

**Et** omnia non vobis caput detur caput sunt  
omnia est enim asseritur. **Et** omnia si non


vobis et multas et vobis. **Et** in vobis  
multas vobis et multas vobis caput sunt  
**Et** in vobis non vobis vobis caput sunt  
vobis est est in vobis et multas et multas et

vobis. **Et** in vobis non vobis vobis caput sunt  
vobis et multas et multas et multas et

vobis. **Et** in vobis non vobis vobis caput sunt  
vobis et multas et multas et multas et

vobis. **Et** in vobis non vobis vobis caput sunt  
vobis et multas et multas et multas et

vobis. **Et** in vobis non vobis vobis caput sunt  
vobis et multas et multas et multas et



13

TIO.  
omicarum XII.

L O.

L. A.  
SIDIO

BLOCHII,  
Med. & Phil.D.

nsium Academia  
suscipiet

obloch Ba-  
anovius.

is & loconotis.

R G AE,

r Iohan. Gorman.  
CVII.

